

quod singularibus destructis, universalis destruentur? Nihil autem prohibet omnia individua perire, nulla procurante potentia. Si autem non vult, propter duas sic causas; aut propter pigritiam, aut propter indecentiam. Pigritia autem a duobus generatur: aut enim voluptate aliqua attracti pigritamur, aut propter timorem desistimus; quorum neutrum fas est cogitare de Deo. Si autem dicant non decere Deum, indignum enim esse tantæ beatitudinis parvis condescendere; qualiter non inveniunt artificem quidem procurantem universalis, nihil particularium, neque parvissimum derelinquere sine procuracione, scientem quod ad totum proficit pars, conditorem vero Deum artificibus enuntiare indoctiorem? Si autem (1) non potest, imbecillus est Deus, & impotens benefacere. Si vero incomprehensibilis nobis est singularium providentiæ ratio, non propterea oportet dicere quia non est providentia ita enim dicent, quia numerum hominum ignoramus, neque homines esse. *Chrysostronus* super *Matth.* (hom. 16. in opere imperfecto) Sic ergo qui credit se Dei iudicio gubernari, eam suam in manu Dei committat: cogitet autem de bono, & malo; de quo nisi sollicitus fuerit, neque malum fugiet, neque bonum apprehendet. Et ideo subditur: *Querite autem primum regnum Dei, & iustitiam eius.* Regnum Dei est retributio bonorum operum; iustitia autem eius, via pietatis, per quam itur ad regnum. Si ergo cogites qualis erit gloria sanctorum, necesse est ut aut propter timorem pœnæ recedas à malo, aut propter desiderium gloriæ festines ad bonum. Et si cogitaveris quæ sit Dei iustitia, quid scilicet odit Deus, & quid amat, iustitia ipsa ostendit tibi vias suas, quæ amantes se sequitur. Non autem datur sumus rationem, si pauperes sumus, aut divites, sed si bene, vel male egerimus, quod est in nostro arbitrio. *Glossa* (interlin.) Vel dicit, *Iustitiam eius*; quasi dicat, ut per eum, non per vos iustifietis. *Chrysostronus* super *Matth.* (ibidem.) Terra autem etiam propter peccata hominum maledicitur, ut non germinet, secundum illud *Gen.* 3., *Maledicta terra in opere tuo*: benedicitur autem cum bona fecerimus. Quæ ergo iustitiam, & non deerit tibi panis: unde sequitur: *Et hæc omnia adjicientur vobis.* *Augustinus* de *Sermone Domini in monte* (Lib. 2. cap. 24.) Scilicet temporalia, quæ manifeste hic ostendit non esse talia bona nostra, propter quæ

(1) *Al.* omittitur non. (2) *P. Nicolai* habet nostrum. (3) *Al.* manducemus. (4) *Al.* convenienter. (5) *Al.* testatorum exercitationem. (6) *Al.* variam. (7) *Al.* omittitur ipse.
Ex *epist.* *P. Nicolai*. (8) Seu potius Anselmus, ut jam supra.

bene facere debeamus; sed tamen necessaria esse. Regnum vero Dei, & iustitia eius bonum nostrum est, ubi finis constituendus est. Sed quia in hac vita militamus, ut ad illud regnum pervenire possimus, quæ vita sine his necessariis agi non potest; apponitur, inquit, hæc vobis. Cum autem dixit illud primum, significavit quia hoc posterius querendum est non tempore, sed dignitate; illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium (2) est. Neque enim (verbi gratia) debemus evangelizare ut manducemus, quia sic vilis haberemus Evangelium quem cibum; sed ideo (3) manducare ut evangelizemus. Querentibus autem primum regnum Dei, & iustitiam eius, idest hoc præponentibus ceteris rebus, ut hoc propter cetera queramus, non debet subesse sollicitudo, ne necessaria desint: & ideo aliter: *Hæc omnia adjicientur vobis*, idest (4) consequenter, sine ullo vestro impedimento: ne cum ista quæritis, illinc avertamini, aut duos fines constituatis. *Chrysostronus* in hom. (23. in *Matth.*) Et non dixit, *Dabuntur*, sed *Apponuntur*, ut discas quia præsentia nihil sunt ad magnitudinem futurorum. *Augustinus* de *Serm. Domini in monte* (Lib. 2. cap. 24.) Cum autem legimus, in fame, & siti. Apostolum laborasse, non existimemus hic Domini promissa titubasse; quandoquidem ista sint adjutoria. Medicus iste, cui nos totos commisimus, novit quando apponat, & quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire. Si enim nobis aliquando defuerint (quod plerumque propter (5) nostram exercitationem Deus finit) non debilitat propositum nostrum, sed examinatum confirmat.

(x) *Glossa*. (a) Prohibuerat sollicitudinem præsentium rerum, modo prohibet sollicitudinem futurorum (6) vanam ex vitio hominum provenientem, cum dicit: *Nolite ergo solliciti esse in crastinum.* *Hieronymus* (in fine quasi *Com.* in 6. cap. *Matth.*) *Cras* in Scripturis futurum tempus intelligitur, dicente *Jacob. Gen.* 35., *Exaudi me cras iustitia mea*: & in *Samuelis phantasmate*, pythionisa loquitur ad *Saulem* (2. *Reg.* 28.), *Cras eris mecum.* De præsentibus ergo concessit debere esse sollicitos qui futura prohibet cogitare. Sufficit enim nobis præsentis temporis cogitatio: futura, quæ incerta sunt, Deo relinquamus. Et hoc est quod dicitur: *Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse*; idest, (7) ipse afferet sollicitudinem suam secum. *Sufficit enim diei malitia sua.* Hic ma-

litiam non contrariam virtuti posuit, sed (1) laborem, & afflictionem, & augustianum sæculi. *Chrysostronus* in hom. (23. in *Matth.*) Nihil enim ita dolorem infert animæ, ut sollicitudo, & cura. Cum autem dicat, quod crastina dies erit sollicita de seipso, volens manifestius facere quod dicitur, prosopepejam facit temporis, secundum multorum consuetudinem, loquens ad plebem imperfectam: ut enim eos magis moveat, ipsos dies conquærentes inducit pro superflua cura. Numquid enim dies non sufficiens habet onus; idest curam suam? Quid igitur eum aggravas magis, curam quæ pertinet ad alium diem apponendo? *Chrysostronus* super *Matth.* (hom. 16. in opere imperfecto) Vel aliter. Per hodie hæc solum significantur quæ habemus in vita præsentis necessaria. Quia autem dicit, *Cras*, quod superfluum (2) est ostendit: dicit ergo: *Nolite solliciti esse in crastinum*; idest, nihil curetis super id habere quod necessarium est vobis ad vitam quotidianam: quod enim superfluum fuerit, quod est cras, curabit se. Et hoc est quod dicit: *Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse*; ac si dicat: Superflua cum congregaveris, ipsa se curabunt: te quidem eis non fruentem, invenient dominos multos, qui ea procurent. Quid ergo curas de illis, quorum potestatem alijs es dimissurus? *Sufficit enim diei malitia sua*; quasi dicat: Sufficit tibi labor quem pateris propter necessaria: noli de superfluis laborare. Vel aliter. *Augustinus* de *Ser. Domini in monte* (Lib. 2. cap. 25.) Non dicitur crastinus dies, nisi in tempore, ubi præterito succedit futurum. Ergo cum aliquid boni opera-

(1) *Al.* in laborem. (2) *Al.* desideratur esse.

CAPUT VII.

(a) **N**olite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini; & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

(b) Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, sine ejciam festucam de oculo tuo; & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

(c) Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conversi dirumpant vos.

(d) Petite, & dabitur vobis, quarere, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, invenit; & pulsanti aperietur.

(e) Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius panem, numquid lapidem portiget ei? Aut si piscem petierit, numquid serpentem portiget ei? Si ergo vos cum sitis malum, nolitis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se?

(f) Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetarum.

(g) Intrate per angustam portam; quia lata porta, & spatiosa via est quae ducit ad perditionem; & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est quae ducit ad vitam; & pauci sunt qui inveniunt eam.

(h) Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligit de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit. Non potest autem arbor bona bonos fructus facere, neque arbor mala malos fructus facere. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

(i) Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos. Descendite a me omnes, qui operamini iniquitatem.

(k) Omnis ergo qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, & qui aedificavit domum suam supra petram; & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam; & non cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam super arenam; & descendit pluvia, & venerunt flumina; & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit; & fuit ruina eius magna.

(l) Et factum est, cum consummasset Iesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam eius: erat enim docens eos sicut Potestatem habens, & non sicut scribae eorum, & pharisaei.

(a) **A**ngustissimus de Serm. Domini in monte (Lib. 2. cap. 28. in init.) Quia cum ista temporalia procurantur in futurum, incertum est quo animo fiat, cum possit simplici corde fieri, & duplici; oppositae hae loe subiecit, *Nolite iudicare*. Vel aliter. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 17. in initio quasi in opere imperf.) Hucusque exposuit consequentiam ad eleemosynam pertinentem; nunc autem incipit exponere consequentiam ad orationem respicientem. Est est doctrina haec quodammodo pars orationis, ut fit oratio narrationis talis. *Dimittite nobis debita nostra*; & sequitur: *Nolite iudicare, ut non iudicemini*. *Chrysostomus* super Matth. (ubi supra.) Sed si iudicare prohibet, qua consequentia Paulus Corinthios iudicat fornicantem; & Petrus Ananiam, & Saphiram mendaciter arguit? Sed quidam hunc locum secundum huiusmodi sensum exponunt, quia Dominus hoc mandato non prohibet Christianos ex benevolentia alios corrigere; sed ne per iactantiam iustitiae suae Christiani Christianos despiciant, ex solis plerumque suspicionibus odientes ceteros, & condemnantes, & sub specie pietatis proprium odium exequentes. *Chrysostomus* in homil. (24. in Matth. a principio.) Unde non dixit, Ne quiescere facias peccatorem; sed, Ne iudicaveris; hoc est, ne amarus sis iudex: corripe quippe non ut hostis experies vindictam, sed ut medicus iustitiam medicinam. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 17. in oper. imperf.) Sed ut non sic quidem corripent Christiani Christianos, convenit sermo qui dicit: *Nolite iudicare*. Sed si non sic corripuerint, numquid propter hoc consequenter indulgentiam peccatorum, quia dictum est, *Non iudicabimini*? Quis enim consequenter indulgentiam mali prioris, quia non addidit alterum malum? Hoc autem diximus volentes ostendere, quia hic sermo non est positus de proximis non iudicandis qui peccant in Deum, sed qui in nos peccant. Qui enim non iudicat proximum propter peccatum in se commissum, illum nec Deus iudicat propter peccatum; sed dimittit ei debitum, sicut & ipse dimisit. *Chrysostomus* in homil. (24. in Matth.) Vel aliter. Non simpliciter universa peccata jubet non iudicare; sed his qui multis malis sunt pleni, & alios pro minimis iudicant, hanc prohibitionem facit. Sicut & Paulus non simpliciter prohibet iudicare eos qui peccant, sed discipulos iudicantes de magistris redarguit, docens ut eos qui supra nos sunt non iudicemus. *Hilarus* (can. 5. parum ante finem.) Vel aliter. Iudicari de sponsonibus suis Deum vetat; quia ut iudicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ira & hoc iudicium adversus Deum ex ambiguitate facipiunt: quod penitus repellit a nobis, ut constant potius fides retineatur. quia non sicut in ceteris rebus peccatum fit perperam iudicasse, sed si in his rebus tantummodo dederit iudicium, incertum sit criminis. *Augustinus* de Sermone Domini in monte (Lib. 2. cap. 28.) Vel aliter. Hoc loco nihil aliud praecipit existimo, nisi ut ea facta quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, (1) De his autem quae non possunt

(1) Al. Deus autem,

sunt bono animo fieri, sicut sunt supra, blasphemiae, & huiusmodi, nobis iudicare permittit; de factis autem mediis, quae possunt bono, & malo animo fieri, temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Duo autem sunt in quibus temerarium iudicium cavere debemus, cum incertum est quo animo quicquam factum sit, vel cum incertum est qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Non ergo reprehendamus ea quae nec scimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus quae manifesta sunt ut desperemus sanitatem. Potest autem movere quod ait, *In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini*. Numquid si nos temerario iudicio iudicaverimus, temere etiam de nobis Deus iudicabit? Aut numquid si mensura iniqua mensi fuerimus, & apud Deum est iniqua mensura, unde nobis remittatur? (Cap. 29.) Nam mensurae nomine ipsum iudicium significatum arbitror. Sed hoc dictum est, quoniam temeritas qua punis alium, ipsa te puniat necesse est. Iniquitas enim saepe nihil nocet ei qui patitur injuriam; ei vero qui facit necesse est ut noceat. *Augustinus* 21. de Civit. Dei (cap. 11.) Dicunt aliqui: Quomodo verum est quod ait Christus: *Et in qua mensura mensi fueritis, remittetur vobis*: si temporale peccatum supplicio puniatur aeterno? Nec attendunt non propter aequale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali (idesit (1) ut qui mala fecerit, mala patitur) eandem dictam mensuram fuisse; quamvis in ea re hoc proprie possit accipi, de qua Dominus cum hoc diceret, loquebatur, id est de iudicis, & condemnationibus. Proinde qui iudicat, & condemnat injuste, si iudicatur, & condemnatur, iuste in eadem mensura recipit, quamvis non hoc quod dedit: iudicio enim fecit quod iniquum est, iudicio patitur quod iustum est.

(b) *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 30.) Quia de temerario, & iniquo iudicio Dominus nos admonuerat; maxime autem hi temere iudicant, qui de incertis, & facile reprehendunt, qui magis amant vituperare, & damnare, quam emendare, atque corrigere; quod vitium vel superbia est, vel invidentia; consequenter subiicit, & dicit: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hilarus* (in Com. cap. 7. Matth.) De his loquitur qui cum mortali crimine detineantur obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt, ut si forte (2) ira ille peccaverit, ut odio reprehendas. Quantum autem inter festucam

S. Thom. Oper. Tom. VIII. (1) iniquitas (2) habitus

(1) Al. deest ut. (2) Al. ita. (3) Al. abnuere. (4) Al. differentia est.

& trabem, tantum inter iram distat & odium: odium enim ira inveterata est. Fieri autem potest ut si irascaris homini, velis eum corrigi; non autem si eum oderis. *Chrysostomus* in hom. (24. super illud, *Quid vides festucam?*) Multum etiam hoc faciunt, qui si viderint monachum superfluum vestimentum habentem, aut copiosioris cibo potum, amari sunt accusatores, quotidie ipsi rapientes, & crapulam patientes. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 17. in op. imperf.) Vel aliter. Hoc quod hic dicitur, doctoribus convenit. Omne enim peccatum iudicatur modicum, aut magnum secundum peccantis personam. Laici enim peccatum modicum est, & festuca quantum ad peccatum sacerdotis: quod trabi comparatur. *Hilarus* (can. 5. in Matth. parum ante finem.) Vel aliter. Peccatum in Spiritum Sanctum est divina virtutis potestatem negare, & Christo substantiam (3) adimere aeternitatis; per quem, quia in hominem venit Deus, homo rursus venit in Deum. Ergo quantum inter festucam & trabem (4) discriminis est, tantum ostendit peccatum in Spiritum Sanctum cetera crimina excedere, ut cum infideles delicta corporis aliis exprobrant, onus peccati; quod de promissis Dei ambigunt, in se ante non videant, in oculo trabe, tamquam in mentis acie, incidente.

Sequitur. *Aut quomodo dices fratri tuo: Siste, ejectionem festucam de oculo tuo; & ecce in oculo tuo trabs est?* *Chrysostomus* (hom. 17. in op. imp.) Id est, cum qua facie arguis peccatum fratris tui, ipse aut in eodem peccato, vel in majori existens? *Augustinus* de Ser. Dom. (Lib. 2. cap. 30. ante med.) Primum ergo cogitemus cum aliquem reprehendere nos necessitas coegerit, utrum tale sit vitium quod nunquam habuimus; & tunc cogitemus, & nos homines esse, & habere potuisse: vel tale quod habuimus, & jam non habemus; & tunc tantae memoriam communis fragilitatis, ut illam correctionem non odium, sed misericordia praecedat. Si autem invenierimus nos in eodem vitio esse, non oburgemus, sed congemiscamus, & ad pariter conandum invitemus. Raro autem & ex magna necessitate objurgationes adhibenda sunt; in quibus non ut nobis, sed ut Domino serviat in stemus. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 17. in oper. imperf.) Vel aliter. *Quomodo dices fratri tuo?* id est, quo proposito putas? Ex caritate, ut salves proximum tuum? Non, quia teipsum ante salvares. Vis ergo non alios sanare, sed per bonam doctrinam malos actus celare, & scientiae laudem ab hominibus

querere, non edificationem mercedis à Deo; & es hypocrita: unde sequitur: *Hypocrita, eijice primum trabem de oculo tuo.* *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 30.) Accusare enim vitia officium est bonorum; quod cum mali faciunt, alienas partes agunt; sicut hypocrite, qui regunt sub persona quod sunt, & ostendunt in persona quod non sunt. *Chrysostronus* in hom. (24. in Matth.) Et notandum, quod ubicumque vult monstrare magnum aliquod peccatum, à contumelia incipit, sicut ibi (infra 18.) *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi:* & ideo hic dicit: *Hypocrita, eijice primum.* Etenim quæ sui ipsius sunt, magis aliquis novit quam quæ sunt aliorum, & quæ majora sunt, magis videt quam quæ minora, & seipsum magis diligit quam proximum. Et ideo jubet eum qui obnoxius est multis peccatis, non amarum esse iudicem delictorum alterius, & maxime cum fuerint parva: non quidem ab arguendo, aut à corrigendo avertens; sed prohibet propria contemnere, & alienis (1) insistere. Oportet enim ut primo cum diligentia investiges quæ tua sunt, & tunc quæ proximi sunt discuties; & ideo sequitur: *Et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. 2. cap. 30.) Auferentes enim de oculo nostro trabem invidentiæ, vel malitiæ, vel simulationis, videbimus eijcere festucam de oculo fratris.

(c) *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. 2. cap. 31.) Quia potest aliquos nomen simplicitatis, ad quam per superiora induxerat, decipere, ut sic putetur vitiosum esse aliquando verum occultare, quomodo vitiosum est falsum dicere; recte subjungit: *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* *Chrysostronus* super Matth. (hom. 17. in oper. imperf.) Vel aliter. Jussit superius Dominus diligere inimicos, & benefacere his qui peccant in nos. Ne ergo cogitarent sacerdotes etiam quæ Dei sunt eis communicare, talem cogitationem compescuit, dicens: *Nolite sanctum dare canibus;* ac si diceret: Mandavi vobis diligere inimicos, & benefacere eis de vestris corporalibus bonis, non tamen de meis spiritalibus passim; quoniam in natura vobiscum communes sunt, non in fide; & Deus carnalia beneficia dignis, & indignis similiter præstat, non autem gratias spirituales. *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. 2. cap. 31.) Quærendum autem est quid sit sanctum, quid canes, quid margaritæ, quid porci. Sanctum est quod corrumpere nefas est; cuius sceleris voluntas

(1) Al. insilire. (2) Al. potest. (3) Al. conversati. (4) Al. Non est ergo, &c. (5) Al. intellexerunt.

rea tenetur; quamvis illud incorruptibile maneat. Margaritæ autem sunt quæcumque spiritalia quæ magni æstimanda sunt. Licet itaque una eademque res & sanctum, & margarita dici possit; sed sanctum dicitur ex eo quod non debet corrumpi, margarita vero ex eo quod non (2) debet contemni. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 17. ibid.) Vel aliter. Sanctum est, sicut baptismus, gratia corporis Christi, & hujusmodi; mysteria autem veritatis margaritæ sunt; quia sicut margaritæ incluse cochleis, positæ sunt in profundo maris; sic mysteria divina verbis inclusa; positæ sunt in altitudine sensus Scripturæ. *Chrysostronus* in hom. (24.) Quæ quidem his qui bonæ mentis sunt, & intellectum habent, revelata honesta apparent; his autem qui insensibiles sunt, magis videntur reverenda, cum ignorantur. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 31.) Canes autem pro impuginatoribus veritatis; porcos pro contemptoribus positos non incongrue accipimus. Quapropter, quia canes exiliunt ad dilacerandum, quod autem dilacerant, integrum esse non sinunt; dixit: *Nolite sanctum dare canibus;* quia, quantum in ipsis est, si fieri posset, conantur perimere veritatem. Porci autem quamvis non ita ut canes morsu appetant, passim tamen calcando inquinant; & ideo dicit: *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* *Rabbanus* (super illud: *Nolite sanctum dare canibus.*) Vel canes sunt ad vomitum reverti; porci nondum corrumpunt, sed in luto vitiorum (3) versati. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 17. in oper. imperf.) Vel aliter. Canes, & porcos immunda animalia sunt; sed canis ex omni parte, quia nec ruminat, nec unguam findit; porcus autem ex parte, nam unguam habet fissam, sed non ruminat. Propter quod canes puto intelligendos Gentiles omnino immundos, & propter actus, & propter fidem; porcos autem hæreticos, quia nomen Domini invocare videntur. (4) *Nolite ergo sanctum dare canibus;* quia baptismus, & alia sacramenta non sunt danda nisi fidem habentibus. Item mysteria veritatis, id est margaritæ, non sunt dandæ nisi desiderantibus veritatem, & cum ratione humana viventibus. Si enim porcis eas, miseris id est canosæ vitæ delectatione gravatis, non (5) intelligunt pretiositatem earum; sed æstimant eas similes cæteris fabulis mundialibus, & eas actibus suis carnalibus conculcant. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 31.) Calcari enim dicitur quicquid contemnitur; & ideo dicitur: *Ne forte conculcent eas pedibus suis.* *Glossa* (interlin.) Dicit autem, *Ne forte,* quia respici-

tere possunt ab immunditia. *Augustinus* (Lib. 2. de Serm. Domini cap. 31.) Quod autem sequitur, *Et conversi disrupant vos,* non ait ipsas margaritas: illas enim conculcant, & margarita dici voluntur; ut adhuc aliquid audiant, disrumpunt eum à quo missas margaritas conculcant: non enim facile invenieris quod ei gratum esse possit, à quo magno labore inventa contemnantur. Qui ergo tales docent quomodo non disrumpant indignando, & stomachando non video. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 17. in oper. imperf.) Vel porci non solum carnalibus actibus margaritas conculcant, sed etiam post modicam conversi, per inobedientiam rumpunt præbiteros earum. Frequenter autem & scandalizati calumniantur eos quasi dogmatum novorum seminatores. Canes etiam conculcantes sancta sordidus actibus, disputationibus suis rumpunt prædicatorem veritatis. *Chrysostronus* in hom. (24. super Matth.) Et bene dixit, *Conversis;* flagrant enim mansuetudinem, ut addiscant; deinde cum didicerint, detrahunt. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 17. in opere imperf.) Rationaliter autem margaritas dari porcis prohibuit: quia si porcis minus immundis mitri ventantur, quanto magis canibus plus immundis? De sancto autem dando idem æstimare non possumus: quia frequenter etiam benedictionem damus (1) pecorum more viventibus Christianis, non quia merentur accipere, sed ne forte plenius scandalizati dispereant. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 32.) Cavendum est ergo ne quid aperiat ei qui non capit: melius enim quærit id quod clausum est quam id quod apertum est: aut infestat per odium, ut canis; aut negligit per contemptum, ut porcus. Non est autem consequens ut si verum occultatur, etiam falsum dicatur: quia Dominus, quamvis nihil mentitus sit, vera tamen aliqua occultavit, secundum illud *Joan. 16.* Adhuc habeo vobis multa dicere quæ non potestis portare modo. Sed si aliquis non capit propter sordes, mundandus est: vel verbo, vel opere quantum fieri potest à nobis. Quia autem Dominus quædam dixisse invenitur quæ multi qui aderant, vel resistendo, vel contemnendo non receperunt; non putandus est sanctum dedisse canibus, aut margaritas ante porcos misisse. Dedit enim eis qui capere poterant, & simul aderant, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat; & quamvis tentantes eum in ipsis quæ eis respondebat, contabescerent, alii tamen qui poterant capere ex illorum occasione multa utiliter audiebant. Qui ergo novit quid respondeat, debet respon-

dere saltem propter illos quibus desperatio turboritur, si propositam quæstionem solvi non posse crederint; & hoc de rebus ad instructionem salutis pertinentibus. De supervacuis autem, & noxiis nihil dicendum est: sed hoc ipsum explicandum est, cur inquirunt talia non oporteat respondere.

(d) *Hieronymus.* Quia carnalia supra veterat postulari, quid petere debeamus offendit dicens: *Petite, & dabitur vobis.* *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 33.) Vel aliter. Cum præceptum esset, ne sanctum daretur canibus, & ne margaritæ ante porcos mitterentur; potuit auditor suæ ignorantie conscius dicere: Quid sanctum me dare canibus vetas, cum adhuc me habere non videam? & ideo opportune subjeit, dicens: *Petite, & accipietis.* *Chrysostronus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf.) Vel aliter. Quoniam (2) ad sanctificandam orationem quædam dederat eis mandata, dicens, *Nolite iudicare;* competenter adjungit: *Petite, & dabitur vobis;* quasi dicat: Si hanc clementiam servaveritis ad inimicos, quicquid clausum vobis videtur, pulsate, & aperietur vobis. *Petite* ergo precibus; quasi dicat: Si hanc clementiam servaveritis ad inimicos, quicquid clausum vobis videtur, pulsate, & aperietur vobis. *Petite* ergo precibus; die ac nocte orantes; quærite studio, & labore: nec enim laborantes circa Scripturas acquirimus scientiam sine gratia Dei, nec gratiam acquirimus nisi studuerimus; ne donum Dei negligentibus detur. *Pulsate* autem oratione, & jejuniis, & elemosinis. Sicut enim qui pulsat osium, non tantum voce clamat, sed manu; sic & qui bona opera facit, pulsat operibus bonis. Sed dices: Hoc ipsum peccatum ut sciam, & faciam: quomodo ergo possum facere priusquam accipiam? Sed quod potes fac, ut amplius possis, & quod scis serva, ut amplius scias. Vel aliter. Cum dixisset supra omnibus ut indulgerent inimicis, & postea prohibuerit ne sub obtentu dilectionis sancta canibus darent; nunc dat eis bonum consilium, ut petant Deum pro illis, & dabitur eis; quærant eos qui perierant in peccatis; & invenient; pulsant eos qui in erroribus sunt conclusi, & aperiet eos Deus, ut habeat sermo eorum ad animas eorum ingressum. Vel aliter. Quoniam majora erant mandata superius posita quam virtutes humana, transmittit (3) eos ad Deum, cuius gratiæ nihil impossibile est, dicens: *Petite, & dabitur vobis;* ut quod ex hominibus consummari non potest, per gratiam Dei adimpleatur. Cum enim alia animalia Deus muniverit veloci pedum cursu, aut velocibus pennis, aut unguibus, aut dentibus; aut cornibus, hominem solum sic disposuit ut virtus illius sit ipse, ut infirmitatis suæ necessitate coactus, semper ne-

(1) Al. peccatorum. (2) Al. ad significandam. (3) Al. eum.

cessarium habeat Dominum suum. *Glossa* (ord. super illud, *Petite*.) Petimus autem fide, quaerimus spe, pulsamus caritate. Primum petere debes, ut habearis; post quaerere, ut invenias; inventa observare, ut introcas. *Remigius*. Vel aliter. Petimus orando, quaerimus recte vivendo, pulsamus perseverando. *Augustinus* de Serm. Dom. in morte (Lib. 2. cap. 33.) Petitio autem pertinet ad impetrandam sanitatem animae, ut ea quae praecipiantur, implere possimus; inquisitio autem ad inveniendam veritatem. Sed cum quisque veram viam invenerit, perveniet ad ipsam possessionem; quae tantum pulsanti aperietur. *Augustinus* in Lib. Retract. (Lib. 1. cap. 19.) Operose quidem ista tria quid inter se differant, sic exponendum putavi; sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur: unde postea concludit dicens: *Dabit bona petentibus se. Chrysostomus* in hom. (24. in Matth. super illud, *Petite*) Per hoc ergo quod addidit, *Quarite, & pulsate*, cum instantia multa, & robore peti iulsi. Qui enim quaerit, omnia alia projicit à mente, & ad illud solum afficitur quod quaerit; qui autem pulsat, cum vehementia, & fervida mente venit. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf.) Quia vero dixerat, *Petite, & accipietis*: ne forte peccatores audientes dicerent: Ad hoc Dominus dignos hortatur; nos autem indigni sumus: ideo repetit, ut tam iustus, quam peccatoribus misericordiam Dei commendat; & ideo dicit: *Omnis qui petit, accipit*; id est, sive iustus, sive peccator, tamen petere non dubitet; ut confitear neminem sperni, nisi qui petere dubitabit à Deo. Non enim credibile est ut opus pietatis quod exhibetur benefaciendo inimicis, Deus injungat hominibus, ipse autem non faciat; cum sit bonus. *Augustinus* super Joannem (tract. 44.) Unde peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores non audiret, frustra Publicanus dixisset (Luc. 18.) „Domine propitius esto mihi peccatori:“ & ex ista confessione (1) meruit justificationem. *Prosper* in Lib. Sent. August. (sent. 212.) Fideliter autem supplicans Deo pro necessitatibus hujus vitae, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile, magis novit medicus, quam aegrotus. Si autem id postulat quod Deus (2) & promittit, & praecipit, fiet omnino quod possit: quia accipiet caritas quod petit veritas. *Augustinus* ad Paulinum, & Therasiam (epist. 250.) Bonus autem Dominus, qui non tribuit sepe quod volumus, ut quod (3) mallemus attribuat. *Augustinus* de Serm.

(1) *Al.* meruisset. (2) *Al.* deest & promittit. mittitur Dei.

Dom. (Lib. 2. cap. 33.) perseverantia etiam opus est ut accipiamus quod petimus. *Augustinus* de Ver. Dom. (serm. 5.) Cum enim Deus aliquando tardius dat, commendat dona, non negat: diu desiderata, dulcius obtinentur; cito autem data, vilescunt. Pete ergo, & quare iusta. Petendo enim, & quaerendo, crescit appetitus ut capias: servat tibi Deus quod non vult cito dare, ut tu discas magna magne (4) desiderare; ideo oportet semper orare, & non deficere.

(e) *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 33. à med.) Sicut in superioribus egit de volatilibus caeli, & de liliis agri, ut spes de minoribus ad majora confurgeret; ita & in hoc loco, cum dicit: *Aus quis ex vobis homo?* *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf.) Ne forte aliquis considerans quanta est differentia inter Deum & hominem, & ponderans peccata sua, dum desperat impetrare, nec incipiat petere; patrum, & filiorum similitudinem introduxit, ut si propter peccata nostra desperamus, propter paternam bonitatem (5) Dei speremus. *Chrysostomus* in hom. (24. ante med.) Duo autem oportet adesse oranti, & petere vehementer, & quae oportet petere. Haec autem sunt spiritualia: etenim Salomon, quia petit quod petere oportebat, velociter accepit. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in op. imperf.) Quae autem petere oportet sub similitudine panis, & piscis ostendit. Panis enim est verbum de notitia Dei Patris. Lapis est omne mendacium quod habet scandalum offensionis ad animam. *Remigius*. Piscem autem possumus intelligere verbum de Christo; serpentem autem, ipsum diabolum. Vel per panem intelligitur doctrina spiritualis; per lapidem ignorantia; per piscem unda baptismatis sacri; per serpentem astutia diaboli; sive infidelitas. *Rabanus*. Vel panis, qui est communis cibus, caritatem significat; sine qua aliae virtutes nihil valent. Piscis significat fidem, quae ex aqua baptismatis orta est, & in mediis fluctibus hujus vitae pulsatur, & tamen vivit. Lucas autem addidit tertium, scilicet ovum, quod est spes animalis, unde spes significat. Contra caritatem ponit lapidem, id est odii duritiam; contra fidem, serpentem, id est perfidiae venenum; contra spem, scorpionem, id est desperationem; quae retro pungit, sicut scorpio. *Remigius*. Est ergo sensus: Non est timendum quod si petamus à Deo Patre panem, id est doctrinam, vel caritatem, quod porrigat lapidem, id est, quod permittat eor nostrum confringi aut frigore odiorum; aut

(3) *Al.* malimus, (4) *Al.* considerare, (5) *Al.*

duritia mentis: vel quod si petierimus fidem, ipse (1) nos permittat petere veneno infidelitatis. Unde sequitur: *Si ergo vos cum sitis mali.* *Chrysostomus* in hom. (24.) Haec autem dixit, non detrahens humanam naturam, neque malum confitens omne genus humanum, sed ad differentiam bonitatis suae, dilectionem paternam malitiam vocans: tanta est superabundantia amoris ipsius ad homines. (2) Quia quantum ad comparisonem Dei, qui solus singulariter bonus est, omnes mali videntur, sicut ad comparisonem solis omne lucidum videtur obscurum. *Hieronymus* (super illud, *si ergo vos cum sitis mali*) Vel (2) forte Apostolos malos dixit, quia sub Apostolorum persona omne hominum genus damnatur, cuius ab infantia cor ad malum apostitum est, ut in Genesi 8. legitur. Nec mirum, huius saeculi homines dici malos, cum & Apostolus memoret Ephesi. 5. quoniam dies mali sunt. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 33. à med.) Vel malos appellavit huius saeculi dilectores: unde & bona quae dant, secundum eorum sensum bona dicenda sunt, quia haec pro bonis habent; quamquam & in rerum natura, ista bona sint, scilicet temporalia, & ad istam vitam infirmam pertinentia. *Augustinus* de Ver. Dom. (serm. 5.) Bonum enim quod facit bonus, Deus est. Aurum autem, & argentum bonum est, non quod te faciat bonum, sed unde facias bonum. Mali ergo cum simus, & bonum patrem habeamus, non semper mali remaneamus. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 33.) Si ergo cum simus mali, novimus id date quod petimus (2) quantum magis sperandum est daturum Deum nobis bona petentibus? *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imp.) Quoniam autem non omnia petentibus praestat, sed bona tantummodo, (3) ideo convenienter addidit, *Bona.* *Glossa* (ord. super illud, *Nostis bona*.) A Deo enim non nisi bona percipimus, qualiacumque nobis videantur: omnia enim dilectis in bonum cooperantur. *Remigius*. Et sciendum quod ubi Matthaeus sic dicit, *Dabit bona*: Lucas dicit (cap. 11.) „Dabit spiritum bonum.“ Sed non debet videri contrarium, quia cuncta bona quae homo à Deo accipit, per gratiam Spiritus Sancti dantur.

(f) *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 34.) Firmitas quadam, & valentia ambulandi per sapientiae viam in bonis moribus constituta est, quibus perducuntur homines usque ad mundationem, & simplicitatem cordis; de qua jam diu loquens, ita concludit: *Omnia*

(1) *Al.* deest nos. (2) *Al.* Vel supra Apostolorum positione omne hominum genus damnatur. P. *Nicolas* habet Vel sub Apostolorum persona omne, &c. (3) *Al.* omittitur ideo. (4) *Al.* patrem. Ex edit. P. Nicol. (2) *Chrysostomus* super Matthaeum in opere imperfecto, ut supra.

quacumque vultis, &c. Nemo enim est qui velit quemquam duplici corde secum agere. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf. à med.) Vel aliter. Supra propter sanctificandam orationem mandavit ut non iudicent homines eos qui peccant in ipsos. Et quia ab ordine narrationis suae recedens introduxit alia quadam, nunc ad mandatum quod coeperat, rediens ait: *Omnia quaecumque vultis*; id est, non solum mandando, *Nolite iudicare*; sed & omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite eis: & tunc impetrabitur poteritis orare. *Glossa* (ord. super illud, *Dabit bona petentibus se*.) Vel aliter omnium bonorum spiritualium distributor est Spiritus Sanctus, ut opera caritatis impleantur: unde subdit: *Omnia ergo, &c.* *Chrysostomus* in hom. (24.) Vel aliter. Vult Dominus demonstrare quoniam oportet homines & superius inquirere auxilium, & quae à seipsis sunt simul inferre: unde cum dixisset: *Petite, & accipietis, & pulsate*, docet apperte ipsos homines studiosos esse; & ideo subdit: *Omnia quaecumque vultis, &c.* *Augustinus* de Ver. Dom. (serm. 5. circa med.) Vel aliter. Promiserat se Dominus petentibus bona largiturum. Ut autem ille agnoscat mendicos suos, agnoscamus & nos nostros. Excepta enim substantia facultatum, tales sunt qui petunt, quales à quibus petunt. Quam frontem habes petendi ad Deum tuum, qui non agnoscis (4) patrem tuum? Hinc est quod Prover. 21. dicitur: „Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.“ Quid autem petenti proximo debeamus impendere, ut & ipsi audiamur à Deo, ex hoc considerare possumus quod ab aliis volumus nobis impendi. Et ideo dicit: *Omnia ergo quaecumque vultis.* *Chrysostomus* in hom. (24. in Matth. ante med.) Non simpliciter dicit omnia sed addidit ergo, quasi dicit: Si vultis audiri, cum illis quae dixi & haec facite. Non autem dixit: Quaecumque vis effici tibi à Deo, haec fac ad proximum; ut non dicas, Qualiter hoc est possibile? sed ait: Quaecumque volueris effici tibi a conservo, haec & circa proximum ostende. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 34.) Quidam Latini codices habent additum, *Bona*; quod additum puro ad manifestationem sententiae. Occurrebat enim quod si quisquam flagitiose aliquid erga se fieri velit, & ad hoc referat istam sententiam, ut hoc prior illi faciat à quo sibi fieri cupit; ridiculum est hunc putare istam implese sententiam. Intelligendum est autem perfectam esse

sententiam, etiam si hoc non addatur. Quod enim dictum est, *Omnia quaecumque vultis*; non usitate accipiuntur; sed proprie dictum accipi oportet. Voluntas namque non est nisi in bonis; nam in malis cupiditas proprie dicitur, non voluntas; non quia sic semper loquantur Scripturae, sed ubi oportet ibi omnino proprium verbum tenent, ut non aliud intelligatur. *Cyprianus* de Oratione Dominica (serm. 6.) Cum autem Dei Verbum Dominus Iesus Christus omnibus venerit, praeceptorum suorum fecit grandae compendium, cum dixit: *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite eis*: unde subdit: *Haec est enim lex, & Propheta. Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf.) Nam quaecumque lex, & Prophetae sparsim in omnibus praeceperunt Scripturis, in hoc compendio continentur mandato, quasi innumerae arborum rami in una radice. *Gregorius X. Moral.* (super illud Job 11., Briam quod multiplex sit lex ejus, cap. 4. in novis exempl.) Qui enim cogitat ut ea alteri faciat quae ipse sibi ab altero fieri expectat, pensat nimirum ut malis bona, & bonis meliora reddat. *Chrysostomus* in hom. 24. (1) Unde manifestum est quoniam ex nobis quae deceant omnes scimus, & non est possibile ad ignorantiam refugere. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 34.) Videtur autem hoc praeceptum ad dilectionem proximi pertinere, non autem ad Dei; cum in alto loco duo esse praecepta dicat, in quibus lex pendet, & Prophetae. Cum autem hic non addit, Tota lex, quod ibi addidit, servavit locum alteri praecepto, quod est de dilectione Dei. *Augustinus* 8. de Trin. (cap. 34.) Vel aliter. Ideo Scriptura tantum dilectionem proximi commemorat, cum dicit, *Omnia quaecumque vultis*: quia qui proximum diligit, consequens est ut & ipsam praecepit dilectionem diligit; Deus autem dilectio est, consequens est ergo ut praecepit diligit Deum.

(g) *Augustinus* de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 35.) Admonerat superius Dominus ad habendum cor simplex, & mundum, in quo quaeritur Deus, sed quia hoc paucorum est, iam incipit de investiganda sapientia loqui, cui investiganda, & contemplanda talis oculus per omnia superiora perductus est, quo videri jam possit arcta via, & angusta porta: unde subdit: *Intrate per angustam portam. Glossa* (ord. hoc loco.) Vel aliter. Est difficile sit ut alii facias quod tibi vis fieri; tamen sic faciendum est, ut intremis per angustam portam. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 18. in oper. imperf.) Vel

(1) *Al.* Unum manifestum est, & quoniam ex nobis, &c. (2) *Al.* ad iustitiam, jejuniis pertinent. (3) *Al.* sapientiae.

aliter. Tertia haec convenientia (2) ad iustitiam jejuniis pertinet, ut sit ordo narrationis talis: *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum*; & postea sequitur: *Intrate per angustam portam*. Praecipue enim tres sunt naturales passionis, & inimicae carnis: primo esca & potus; deinde amor viri ad mulierem; tertio loco somnus; & ideo gravius est eas à natura carnali praedidit quam ceteras passionis. Et ideo nullius passionis abstinentia sic sanctificat corpus; sicut quod homo fit castus; jejuniis; & in vigiliis perseverans. Ergo propter omnes has iustitias, & praecipue propter laboriosissimum jejuniis, dicit: *Intrate per angustam portam*. Porta perditionis est diabolus, per quem introit in gehennam; porta vitae est Christus, per quem introit in regna caelestia. Lata autem porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, quasi innumeratae (3) superbiae licentia dilatatus. Porta autem angusta dicitur Christus, non parvitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus: quia quem totus non capit mundus, seipsum intra angustias uteri virginis inclusit. Via autem perditionis est omnis iniquitas. Dicitur autem spatiosa, quia non est intra regulam disciplinae inclusa; & ambulantes in ea quicquid non magis delectaverit, hoc sequuntur. Via autem vitae dicitur esse omnis iustitia, & propter contrarias causas esse arcta. Considerandum autem, quia nisi quis ambulaverit per viam, non potest pervenire ad portam: qui enim non ambulat per viam iustitiae, impossibile est ut vere Christum cognoscant. Similiter nec incurrit in manus diaboli nisi qui in via ambulat peccatorum. *Gregorius* super Ezechielem (hom. 17. post. med.) Quamvis autem caritas sit lata, tamen per angusta & ardua homines ducit à terra. Satis angustum est omnia praetermittere, unum solum diligere, prospera non ambire, adversa non timere. *Chrysostomus* in hom. (24.) Sed cum postea dicat infra 11. *Augum meum suave est, & onus meum leve*; qualiter hic angustam esse viam ait, & arctam; Sed & hic monstrat eam levem esse, & suavem: quoniam via est, & porta est, sicut & altera, quae lata, & spatiosa dicitur, ipsa via, & porta est. Horum autem nihil mansurum est, sed omnia pertransent. Transire autem labores, & sudores, & in bonum finem devenire, scilicet in vitam, sufficiens est mitigare eos qui agones patientibus. Si enim tempestates nautis; & vulnera militibus levia sunt propter spem praemiorum percipientium; multo magis cum caelum praecipens fuerit, & immortalia praemia, nullum aliquis sentiat imminuentium

periculorum. (1) Sed & hoc ipsum quod, illam arctam vocavit, maxime ad faciendam illam facilem conferebat: per hoc siquidem ut semper vigilarent admonuit; hoc enim Dominus dicit erigens nostrum desiderium. Qui enim in agone certat, cum viderit principem admirantem labores agonum, animosior fit. Ne igitur maesti simus cum multa nobis hic contigerint tristitia, quia arcta est via, sed non civitas; ideo neque hic quietem oportet expectare, neque ibi triste aliquid praesolari. Dicens autem, *Quam pauci sunt qui* (2) *inveniunt eam*, rursus hic multorum desiderium significavit, & audientes erudit non multorum prosperitatis attendere, sed paucorum laboribus. *Hieronymus* (super illud, *Intrate per angustam portam*) significanter igitur de utraque via locutus dicit, quod per latam multi ambulat, angustam pauci inveniunt: latam enim non quaerimus, nec inventionem opus est, quia sponte se offert, & errantium via est; angustam vero nec omnes inveniunt, nec qui inveniunt, statim ingrediuntur per eam. Si quidem multi, inventa veritatis via, capri voluptatibus saeculi de medio itinere revertuntur.

(h) *Chrysostomus* super Matth. (hom. 19. in oper. imperf.) Supra mandaverat Apostolis Dominus, ne eleemosynas, orationes, & jejunia coram hominibus, sicut hypocritae, faciant; & ideo ad cognoscendum quia haec omnia in hypocritis fieri possunt, loquitur dicens: *Attendite à falsis prophetis. Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 36.) Vel aliter. Cum dixisset Dominus, paucos esse qui inveniunt angustam portam, & arctam viam, ne haeretici, qui plerumque se sub nomine paucitatis commendant, se nobis supponant, statim subjicit dicens: *Attendite à falsis prophetis. Chrysostomus* in hom. (24.) Vel aliter. Quia dictum est, quod angusta est porta; sed & multi sunt, qui perveniunt eam quae illic fert viam; in quo ut majorem sollicitudinem habeant, meminit eorum quae in patribus eorum facta sunt, falsos prophetas vocans; etenim tunc talia contigerant. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 19. oper. imperf.) Quod autem scriptum est infra 11. *quia lex, & Propheta usque ad Joannem*, dicitur, quia prophetia de Christo non erat futura post eum. Prophetiae autem & fuerunt, & sunt; sed non qui prophetarent de Christo, sed interpretarentur ea quae de Christo ab antiquis fuerant prophetata, id est doctores Ecclesiarum: nec enim potest quis propheticos interpretari sensus, nisi per spiritum prophetiae. Sciens ergo Dominus futuros esse falsos docto-

res haeresum diversarum admonet dicens: *Attendite à falsis prophetis*. Quia enim non erant futuri manifesti gentiles, sed absconditi sub nomine christiano, non dixit, *Aspicite*, sed *Attendite*: ubi enim res certa est, aspicitur, id est simpliciter videtur; ubi autem incerta, attenditur, id est caute consideratur. Item dicit, *Attendite*, quia firma tutela salutis est scire quem fugias. Non autem sic admonet, *Attendite*, quasi invito Deo diabolus haereses introducat, sed eo permittente: quia enim non sine iudicio vult servos habere, ideo misit (3) tentatorem; quia vero non vult eos per ignorantiam perire, ideo praemonet. Ne autem aliquis haereticus doctor dicat, quia non dixit eos falsos prophetas; sed Gentilium, & Judaeorum doctores; ideo addidit (4) dicens: *Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium*. Oves enim Christiani dicuntur, vestimentum autem ovile est species christianitatis, & simulatae religionis. Nulla autem res sic extermiat bonum, sicut simulatio; nam malum sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cavetur. Et ne adhuc dicat haereticus, quia de veris doctoribus loquitur, qui tamen peccatores sunt; ideo addit: *Intrinsus autem sunt lupi rapaces*. Catholici autem doctores, etsi fuerint peccatores, servi quidem carnis dicuntur; non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos. Manifeste ergo de haereticis doctoribus dicit: quia eo proposito speciem Christianorum suscipiunt, ut Christianos iniquo seductionis morfu dilanent; de quibus dixit Apostolus Act. 20., *Scio quia post discessum meum intrabunt in vos lupi graves, non parcentes gregi.* *Chrysostomus* in hom. (24. circ. med.) Sed tamen videtur falsos prophetas hic non haereticos insinuare, sed eos quidem qui vitae sunt corruptae, sed facie tamen virtutis induuntur: (5) unde dicit: *Fructibus eorum cognoscetis eos*. Apud haereticos enim est multoties & vitam invenire, apud hos autem quos dixi, nequaquam. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 38.) Unde rectissime quaeritur, quos fructus nos attendere voluerit. Multi enim quaedam in fructibus deputant quae ad vestitum ovium pertinent, & hoc modo de lupis decipiuntur: secuti enim sunt vel jejunia, vel eleemosynas, vel orationes, quae praetendunt hominibus, placere cupientes eis quibus ista difficilia videntur. Hi ergo non sunt fructus, de quibus cognoscit istos monet. Ista enim quae cum bono animo fiunt, sunt proprie ovibus vestes; cum autem malo, in errore, non aliud quam lupos tegunt: sed non ideo debent oves odisse vestimentum

(1) *Al.* Sed & hoc id est angustam vocare, maxime ad faciendam eam levem conferebat; vigilare enim eos praeparabat. (2) *Al.* inveniunt. (3) *Al.* tentatorem. (4) *Al.* omittitur dicens. (5) *Al.* quia induxit.

sum, quod perniciter illo se occulant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus cognoscamus arborem malam? Dicit Apostolus (Galat. 5.) „Mala, nescita sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, et ebrietas, immunditia, &c.“ Qui vero sunt fructus, quibus cognoscamus arborem bonam? Idem Apostolus ostendit dicens ibid., „Fructus autem spiritus sunt caritas, gaudium, pax.“ *Chrysostomus* saepe Matth. (hom. 19. oper. imperf.) Fructus (1) etiam ejus ovis est confessio ejus fidei: qui enim secundum Deum vocem humilitatis, & veræ confessionis emittit, ovis est; qui autem contra veritatem blasphemias ululat contra Deum, lupus est. *Hieronymus* (super illud, *Attendite a falsis prophetis*) Et (2) sic ergo potest de omnibus intelligi, quod hic de falsis prophetis dicitur, qui aliud habitu, ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. Specialiter de haereticis intelligendum videtur, qui videntur continentia, ac jejunio quasi quadam pietatis veste se circumdare; intrinsicus autem habentes animum venenatum, simpliciorum fratrum corda decipiunt. *Augustinus* de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 39.) Sed ex operibus conspici potest utrum exteriorum cultum ambitione aliqua faciant. Cum enim ceperint aliquibus tentationibus ea ipsa vel subtrahi, vel negari, quae isto velamine vel consecuti sunt, vel consequi cupierint, tunc necesse est ut appareat utrum lupus in ovina pelle sit, an ovis in sua. *Gregorius* 31. Moral. (cap. 11. & in nu. exemp. 9.) Hypocrita etiam sanctæ Ecclesiæ pace premitur; idcirco ante oculos nostros religione vestitur. Si qua vero fidei tentatio erumpat, statim lupi mens rabida habitu se ovinae pellis expoliat, quantumque contra bonos via, persequens demonstrat. *Chrysostomus* in hom. (24. a medio.) Facile etiam hypocritæ capiantur: via enim quam iussi sunt ambulare, laboriosa est: hypocrita autem laborare non utique eligeret. Deinde ut non dicas, quoniam impossibile est cognoscere tales, rursus rationem ab humano exemplo ponit, dicens: *Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribul. ficus?* *Chrysostomus* super Matth. (hom. 19. in opere imperf.) Uva in se mysterium Christi habet: sicut enim botrus multa in se grana ligno mediante suspendit; sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adjunctos. Ficus autem est Ecclesia, quæ multos fideles tenet dulci quodam caritatis amplexu, sicut ficus multa grana uno tegmine tenet inclusa. Sunt ergo ficus signa hæc, caritatis quidem in dulcedine, unitatis

(1) *P. Nicolaus* habet: Fructus etiam hominis est. (2) *Idem* habet: Sic ergo quod hic de falsis prophetis dicitur (qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant) specialiter de haereticis intelligendum videtur, &c. (3) *Al.* qua (4) *Al.* Nominibus.

autem in conjunctione granorum. In uva autem patientiæ quidem signum est, quia in torcular mittitur; gaudii autem, qui vinum lactificat eorum hominis; sinceritatis, quia non est aqua permixtum; suavitatis autem in delectatione. Spinæ autem, & tribuli sunt haereticis. Sicut ergo spinæ, vel tribuli ex quacumque parte habet aculeos, sic servos diaboli ex (3) quacumque parte consideraveris, iniquitatis pleni sunt. Non possunt ergo huiusmodi spinæ, & tribuli ecclesiasticos fructus proficere. Quod autem particulariter sub similitudine ficus, & vitis, spinæ, & tribuli dixerat, ostendit consequenter universaler esse verum, cum dicit: *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit.* *Augustinus* de Serm. Domini. (Lib. 2. cap. 36.) In hoc autem loco illorum error cavendus est, qui de duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarum una sit Dei, altera vero non. Non autem eos adjuvare duas istas arbores dicendum est: quia de hominibus eum dicere planum est, si quis præcedentia, & consequentia legerit. *Augustinus* 12. de Civit. Dei (cap. 4. & 5.) (4) Hominibus autem prædictis ipsæ naturæ displicent, non eas considerantibus secundum utilitatem suam: non autem ex commodo, vel incommodo nostro, sed per seipsum considerata natura dat. artificii suo gloriam. Naturæ igitur omnes quoniam sunt, & ideo habent modum suum, speciem suam, & quamdam secum pacem suam, profecto bonæ sunt. *Chrysostomus* in homil. (24.) Ut autem nullus dicat, quoniam mala arbor fert quidem fructus malos, fert autem & bonos; & sic difficilis sit cognitio duplici prolatione existente: ideo subjungit: *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.* *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 36. & 37.) Ex hoc verbo putant Manichæi, neque animam malam fieri posse ut in melius commutetur, neque bonam in deterius; quasi dictum sit: Non potest arbor bona mala fieri, neque mala fieri bona; sed ita dictum est: *Non potest arbor bona fructus malos facere, nec e converso.* Arbor quippe est ipsa anima, id est ipse homo; fructus vero opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari, neque bonus mala. Ergo si vult malus bona operari, prius bonus fiat. Quamvis autem quisque malus est, non potest facere fructus bonos. Sicut enim potest fieri ut quod fuit nix, non sit; non autem ut nix sit calida: sic potest fieri ut qui malus fuit, non sit malus; non tamen fieri potest ut malus bene faciat: quia est ali-

(1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria *S. Thom.* Oper. Tom. VIII. (1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

quando utilis est, non hoc ipse facit, sed fit de illo divina providentia procurante. *Rabbanus.* Homo autem ipse arbor bona, vel mala dicitur, propter voluntatem bonam, vel malam. Fructus autem sunt opera, quæ nec bona malæ voluntatis esse possunt, nec mala bonæ voluntatis. *Augustinus* contra Julianum (Lib. 1. cap. 3.) Sicut autem manifestum est ex voluntate mala, tamquam ex arbore mala fructus ejus, fieri omnia opera mala: sic ipsam voluntatem malam unde dices esse exortam, nisi quia voluntas mala Angeli ex Angelo, ex homine hominis orta est? Quid autem erant hæc duo antequam in eis ista mala orientur, nisi bonum opus Dei, & bona, atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum; nec fuit omnino unde oriri posset, nisi ex bono; ipsam dico voluntatem malam, quoniam nullum malum præcessit, non opera mala, quæ non sunt nisi ex voluntate mala tamquam ex arbore mala: nec ideo tamquam ex bono potuit oriri voluntas mala, quia bonum factum est a bono Deo; sed quia de nihilo factum est, non de Deo. *Hieronymus* (super illud, *Non potest arbor bona.*) (1) Queramus autem ab haereticis, qui duas in se contrarias dicunt esse naturas, si juxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere non potest, quomodo Moyses arbor bona peccaverit ad æquam contradictionem, Petrus quoque in passione Dominum negaverit, dicens (infra 26.) *Nescio hominem.* Aut qua consequentia foverit Moysi arbor mala, qui in Deum Israel non credebatur, dedit consilium bonum? *Chrysostomus* in hom. (24.) Quia vero punire non jussit falsos prophetas, ideo terret eos secundum penam, quæ est a Deo, dicens: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur:* quibus verbis & Judæos insinuare videtur; ideoque verbum Joannis Baptistæ meminit, per eadem verba penam eis subscribens. Etenim & ille hoc dixit (2) ad Judæos, insistentem securim, & arborem excidendam, & ignem inextinguibilem commemorans. Si quis autem diligenter investigavit, duæ penæ sunt: & excidi, & comburi: qui enim comburitur, & a regno exciditur omnino; quæ pena difficilior est. Multi autem gehennam solum abhorrent; ego autem casum illius gloriæ multo (3) amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

S. Thom. Oper. Tom. VIII. (1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

S. Thom. Oper. Tom. VIII. (1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

illa putemus; non enim aliquis filius ita suavis est patri ut illorum bonum requirit, & dissolvi, & esse cum Christo. Intolerabilis quidem pena est (4) gehenna; sed si quis decem mille ponat gehennas, nihil tale dicit quale est a beata gloria illa excidere, & odio haberi a Christo. *Glossa* (ord. super illud, *Igitur ex fructibus.*) Ex præmissa autem similitudine concludit quod supra jam dixerat, quasi manifestum, dicens: *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

(1) *Hieronymus* (super illud, *Non omnis qui dicit.*) Sicut supra dixerat, eos qui habent vestem bonæ vitæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam; ita nunc e contrario asserit nec his quidem accomodandam fidem qui cum pollent integritate doctrinæ, malis operibus destruant: utrumque enim Dei servus necessarium est, ut & opus sermone, & sermo operibus comprobetur: & ideo dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum.* *Chrysostomus* in hom. (25.) Ubi Judæos maxime tangere videtur, in dogmatibus omnia ponentes: sunt autem & Paulus (Rom. 2.) eos incusat dicens: „Si uideris tu Judæus cogitans, & requiescis in lege.“ *Chrysostomus* super Matth. (hom. 19. oper. imperf.) Vix aliter: quoniam falsos prophetas, & veros ex fructibus eorum docuit discernendos: hic jam manifestus docet qui sunt fructus quibus discernuntur probi doctores, & reprobi. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 39.) Cavendum enim est in ipso Christi nomine ab haereticis, vel quibuslibet male intelligentibus, & fuculi hujus amatoribus, ne decipiamur: & ideo dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine.* Sed merito potest movere quomodo huic sententiæ conveniat illud Apostoli (1. Corinth. 12.) „Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu Sancto.“ Non enim possumus dicere, illos qui non intrant in regnum caelorum, habere Spiritum Sanctum. Sed Apostolus proprie posuit hoc verbum, „Dicit,“ ut significet voluntatem atque intellectum dicentis. Nole enim proprie dicit qui voluntatem, ac mentem suam sono vocis enuntiat. Dominus autem generaliter hic posuit verbum dicendi: videtur enim etiam ille dicere qui nec vult, nec intelligit quod dicit. *Hieronymus.* Moris est enim Scripturarum dicta pro factis accipere; secundum quem sensum dicit Apostolus (ad Titum 1.) „Confitentur scire Deum, factis autem negant.“ *Ambrosius* (a) (in exp. 1. ad Cor. cap. 12.) Omne

S. Thom. Oper. Tom. VIII. (1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

S. Thom. Oper. Tom. VIII. (1) *Al.* Querebamus. (2) *Al.* ad Judæos, securim, & arborem excidendam. (3) *Al.* amariorem penam, quam ipsius gehennæ supplicium esse dico. Quod enim parum, vel magnum malum non susciperet pater, ut videat, & porciatur dulcissimo filio? Hoc itaque in gloria

etiam verum à quocumque dicatur, à Spiritu Sancto est. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 39.) Non ergo putemus ad illos fructus de quibus supra dixerat, pertinere, si quis Domino nostro dicat, *Domine, Domine*; & ex eo nobis arbor bona videatur: sed illi sunt fructus, facere voluntatem Dei: unde sequitur: *Sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.* *Hilarius* (can. 6. in Matth. 4. med.) Caelis enim regni iter, obedientia voluntatis Dei, non nuncupatio repertura est. *Chrysostrmus* super Matth. (hom. 19. in oper. imperf.) Quæ autem est voluntas Dei ipse Dominus docet. „Hæc est (inquit Joan. 6.) voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt „Filiam, & credit in eum, habeat vitam æternam. „Credulitas autem verbum, & ad confessionem respicit, & ad actum. Qui ergo non confitetur, aut non conversatur secundam verbum Christi, non intrabit in regnum caelorum. *Chrysostrmus* in hom. (25. in princ.) Non autem dixit, *Qui facit voluntatem meam, sed Patris*: quoniam interim conveniens erat prius hoc suscipi ad imbecillitatem eorum: sed & per hoc illud occulte insinuavit: non est enim alia voluntas Filii quam quæ est Patris. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 40.) Illud autem ad rem pertinet, ne decipiamur non solum nomine Christi per eos qui nomen habent, & facta non agunt, sed etiam quibusdam factis, atque miraculis, qualia propter infideles cum fecerit Dominus, monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitantes ibi esse invisibilem sapientiam ubi miraculum visibile videmus: unde adjungit, & dicit: *Multi dicunt mihi in illa die.* *Chrysostrmus* in hom. (25. prope initium.) Vides qualiter latenter jam seipsum introducit. Quia enim omnem complevit sermonem, monstrat seipsum judicem esse. Quæ enim pœna expectat eos qui peccant, jam ante monstravit. Quis autem est qui punit, hoc jam revelat, dicens: *Multi dicunt mihi in illa die.* *Chrysostrmus* super Matth. (hom. 19. in oper. imperf.) Quando scilicet venerit in maiestate Patris sui, quando jam nemo (1) ausurus est garrula contentione sermonum, aut mendacium defendere, aut contradicere veritati, quando opera singulorum loquentur, & ora tacebunt, nec alter pro altero interveniet, sed singuli ibi timebunt. In illo enim judicio non erunt testes adulatores homines, sed Angeli veraces; judex autem Dominus justus: unde proprie timentium hominum, & angustias patientium, vocem expressit, dicens: *Domine, Domine.* Non enim semel sufficit illi dicere, *Domine*, quem necessitas timo-

(1) *Al.* ausus. (2) *Al.* Magi. (3) *Al.* vel virtutes.

ris astringit. *Hilarius* (can. 6. in Matth.) Gloriam autem sibi ex verbi intentione præsumunt in doctrinæ prophetia, & demoniorum fuga, & operum virtutibus, atque hinc sibi regnum caelorum pollicentur: dicentes: *Nonne in nomine tuo prophetavimus? Chrysostrmus* in hom. (25.) Sed sunt quosdam qui dicunt, quoniam mentientes hi hoc dixerunt; & ideo salvati non sunt, sed non audent iudice præsentem ad ipsam hoc dicere. Sed & ipsa responsio, & interrogatio ostendit eos talia fecisse. Qui enim hic mirabiles erant apud omnes miracula facientes, illic autem vident seipfos punitos, admirantes dicunt: *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? &c.* Quidam autem dicunt, quoniam non in tempore in quo hæc miracula faciebant, iniqua agebant, sed postea. Sed si hoc erit, rursus quod Dominus volebat monstrare, non constat, quod scilicet neque fides, neque miracula valent, bona vita non existente; quod & Paulus dicit (1. Corinth. 13.) „Si habuero fidem, ut montes trasieram, caritatem autem non habuero, nihil sum. „*Chrysostrmus* super Matth. (hom. 19. in oper. imperf.) Sed considera, quia *In nomine* dicunt, non in spiritu: prophetant enim in nomine Christi, sed in spiritu diaboli; quales sunt divinatores. Sed sic discernuntur, quoniam diabolus interdum falsa dicit, Spiritus Sanctus numquam. Concessum est autem & diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet. Dæmonia autem ejiciunt in nomine Christi habentes spiritum inimici; (2) magis autem non ejiciunt, sed ejicere videntur, colludentibus sibi dæmonibus. Faciunt & virtutes, idest miracula, non utilia, & necessaria, sed inutilia, & vacua. *Augustinus* de Serm. Domini (Lib. 2. cap. 40.) Legant enim quanta fecerint resistentes Moyse magi Ægyptiorum. *Hieronymus* (super illud, *Multi dicunt mihi.*) Vel aliter. Prophetare, (3) virtutes facere, & dæmonia ejicere, etiam divina virtute, interdum non est ejus meriti qui operatur; sed vel invocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui invocant, aut utilitatem eorum qui vident, & audiant conceditur: ut licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cujus invocationem fiunt tanta miracula: nam & Saul, & Balaam, & Calphas prophetaverunt, & in Actibus Apostolorum filii Scevæ videbantur ejicere dæmonia, & Judas Apostolus cum animo proditoris multa signa inter cæteros Apostolos fecisse narratur. *Chrysostrmus* in hom. (25.) Quia enim non omnes ad omnia apte se habebant; sed hi quidem erant vitæ puræ, fidem autem non tantam ha-

bebant, hi autem contrarium; ideo Deus illos per hos convertebat, ut multam offenderent fidem; hos autem per hoc ineffabile signorum donum, ut fierent meliores, evocabat: unde & cum multa copia hanc gratiam eis dabat. Dicent enim: *Virtutes multas fecimus.* Sed quia circa eum qui eos ita honoravit, ingrati facti sunt, recte sequitur: *Tunc confitebor illis, Quia nunquam novi vos.* *Hieronymus.* Signanter dicit, *Tunc confitebor*, quia multo tempore ante dicere dissimulaverat. *Chrysostrmus* super Matth. (hom. 19. in oper. imperf.) Grandem enim iram grandis dilatio præcedere debet, quæ justius facit Dei esse judicium, & digniorem interitum peccatorum. Sciendam autem, quod peccatores nescit Deus, quia non digni sunt ut cognoscantur à Deo: non quia omnino ipsos non cognoscit, sed quia suos esse illos non cognoscit. (1) Deus enim naturaliter omnes cognoscit; sed videtur eos non cognoscere, quia non eos diligit; sicut etiam non videtur Deum cognoscere qui non colunt eum digne. *Chrysostrmus* in hom. (25.) Dicit autem eis, *Nunquam novi vos*; quasi, non solum in tempore judicii, sed neque tunc cum miracula faciebatis: multos enim & hic jam odio habet, & ante punitionem avertit. *Hieronymus.* Observa etiam hoc quod dicit, *Nunquam novi vos*, esse contra quosdam dicentes, quod omnes homines semper conversati sunt inter rationabiles creaturas. *Gregorius* 20. Moral. (cap. 8. vel 9.) Hæc autem sententia datur intelligi, quod in hominibus caritas, humilitas, non autem debeant virtutum signa venerari: (2) unde nunc sancta Ecclesia siam si qua sunt hæreticorum miracula, despicit, quia hæc sanctitatis speciem non esse cognoscit. Probatio quidem sanctitatis non est signa facere, sed proximum ut se diligere, de Deo vera, de proximo meliora quam de seipso sentire. *Augustinus* contra Adversarium legis, & Prophetarum (Lib. 2. cap. 4.) Abiit autem ut secundum Manichæos ista de Prophetis sanctis Dominus dixerit; sed dictum est de his qui (3) post ejus Evangelium prædicatum in ejus nomine sibi loqui videntur, nescientes quid loquantur. *Hilarius* (can. 6. à medio.) Sic autem hypocritæ gloriosi sunt, quasi aliquid proprium (4) sit quod loquuntur, aut faciunt, & non omnia virtus Dei invocata perficiat; cuius doctrinæ scientiam lectio afferat, (5) dæmoniorum fugam Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, (6) præstandumque est ali-

(1) *Al.* deest quod sequitur usque sed videtur. (2) *Al.* unde autem. (3) *Al.* posterius. (4) *Al.* si quæ. (5) *P. Nicolai* habet dæmonia Christi nomen exagitet. (6) *Al.* deest præstandumque est aliquid ex proprio, ut bonum velimus. (7) *Al.* quam quod potestate gloriemur: item quam quod potest ut gloriemur. *P. Nicolai* habet quam quod prodest ut gloriemur. (8) *Al.* sed præveniens. (9) *Al.* deest sunt.

quid ex proprio, ut bonum velimus, malum omne vitemus, agamusque potius quod vult quam quod (7) potest, gloriemur. Repudians igitur eos, ac expellens propter opera iniquitatis, dicit: *Discedite à me qui operamini iniquitatem.* *Hieronymus.* Non dixit, Qui operati estis iniquitatem, ne videretur tollere penitentiam; sed *Qui operamini*, idest, qui usque in præsentem horam cum judicii tempus advenerit, licet non habeatis facultatem, peccandi, tamen adhuc habeatis affectum. *Chrysostrmus* in hom. (19. super Matth. in op. imperf.) Nam mors quidem animam à carne separat; animæ autem propositum non immutat.

(k) *Chrysostrmus* in hom. (25. à medio.) Quoniam quidam futuri erant quæ dicta sunt à Domino admirantes; ostensionem autem quæ est per opera non tribuentes, (8) preveniens eos terret dicens: *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti.* *Chrysostrmus* super Matth. (hom. 20. in oper. imperf.) Non autem dixit, *Æstimabo eum qui audit, & facit, virum sapientem*: sed *Assimilabitur viro sapienti*: ergo qui similitur homo est: cui autem assimilatur? Christo; Christus autem est sapiens vir, qui edificavit domum suam, idest Ecclesiam, supra petram, idest supra fortitudinem fidei. Vir autem stultus est diabolus, qui edificavit domum suam, idest omnes impios, super arenam, idest inconstantiam infidelitatis, aut super carnales homines, qui dicuntur arena propter sterilitatem, & quia non coherent sibi, sed sunt per diversas opiniones dispersi, & quia sunt innumerabiles. Pluvia autem est doctrina quæ irrigat hominem; nubes autem sunt à quibus pluvia fluit. Quidam à Spiritu Sancto excitantur, sicut Apostoli, & Prophetæ; & quidam à spiritu diaboli, sicut hæretici. Venti autem boni sunt spiritus diversarum virtutum, vel Angeli, qui invisibiliter in sensibus hominum operantur, & adducunt ad bona; venti autem mali sunt spiritus immundi. Flumina autem bona sunt Evangelicæ; & doctores populi; flumina mala (9) sunt homines immundo spiritu pleni, & verbositate instructi; sicut Philosophi, & cæteri secularis scientiæ professores, de quorum ventre exeunt flumina aquæ mortuæ. Ecclesiam ergo quam Christus fundavit, non pluvia mendacis doctrinæ scientiam lectio afferat, (5) dæmoniorum fugam Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, (6) præstandumque est ali-

qui

qui Christiani dicuntur, Christi sunt; sed, non vit Dominus qui sunt ejus: 2. Timoth. 2. Sed contra domum quam edificavit diabolus, descendit pluvia veræ doctrinæ; venti, idest spirituales gratiæ, aut Angeli; flumina, quatuor Evangelistæ, & ceteri sapientes; & sic cecidit domus, idest gentilitas, ut surgeret Christus; & facta est ejus ruina magna, solutis erroribus, convictis mendaciis, & idolis in toto mundo destructis. Christo ergo similis est qui audit verba Christi, & facit ea: ipse enim edificat supra petram, idest Christum, qui est omne bonum, ut in quacumque specie boni aliquis edificaverit, supra Christum edificasse videatur. Sicut autem Ecclesia edificata à Christo dirui non potest, sic talem Christianum, qui se edificavit super Christum, nulla adversitas deiecere potest: secundum illud Rom. 8. „ Quis nos separabit à caritate Christi? „ Diabolo autem est similis qui audit verba Christi, & non facit. Verba enim quæ audiuntur, & non fiunt, separata sunt, & dispersa; & ideo assimilantur arenæ. Arena etiam est omnis malitia, vel etiam munditia bona. Sicut autem domus diaboli destructa est, ita tales supra arenam fundati destruuntur, & cadunt. Et est ruina magna, si de fundamento fidei aliquid ruinæ fuerit passus; non autem, si fornicatus fuerit, aut homicidium fecerit: quia habet unde per penitentiam surgat, sicut & David. *Rabbanus* (super illud, *Et fuit ruina ejus magna.*) Vel ruina magna intelligenda est, qua dicturus est Dominus audientibus, & non facientibus (infra 25.) *Ite in ignem ætarnum.* *Hieronymus.* Vel aliter. Super arenam, quæ fluida est, & in unam copulam non potest redigi, omnis hæreticorum sermo edificatur, ut corruat. *Hilarius* (can. 6. par. ante finem.) Vel aliter. In pluvii blandarum, & sensim illabentium voluptatum illecebras significat, quibus primum fides rivis circumflantium deserviat idest universus diabolice potestatis spiritus inferatur. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 40.) Vel aliter. Pluvia cum in mali alicujus significatione ponitur, caliginosa superfluitio intelligitur; rumores autem hominum ventis comparantur; fluvius autem carnalibus concupiscentiis, tamquam fluentibus super terram, & qui prosperitatibus inducitur, adversitatibus frangitur: quorum nihil metuit qui fundatam habet domum supra

petram, idest qui non solum audit præceptum Domini, sed etiam facit. Et in his omnibus periculo se subjicit qui audit, & non facit. Non enim quisque firmat in fe quæ Dominus præcipit, vel ipse audit, nisi faciendo. Considerandum autem est, quia cum dixit, *Qui audit verba mea hæc*, satis significat istum sermonem omnibus præceptis, quibus christiana vita formatur, esse perfectum, ut merito qui secundum ea vivere voluerint, comparentur edificanti supra petram.

(1) *Glossa.* (2) Posita doctrina Christi, effectum doctrinæ ipsius in turbis ostendit, dicens: *Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbe super doctrinam ejus.* *Rabbanus* (parum ante finem Lib. 2. in Math.) Consummatio hæc ad perfectionem verborum, & integritatem dogmatis pertinet. Quod autem dicitur turbas admirari, aut infideles in turba significat (qui ob hoc stupebant, quia non credebant verbis Salvatoris) aut omnes generaliter demonstrat, qui excellentiam tantæ sapientiæ in eo venerabantur. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 20. in op. imperf. prope finem.) Placatus rationaliter hominis intellectus laudem generat, victus autem admirationem. Quicquid enim digne laudare non possumus, admiramur. Admiratio tamen eorum magis ad gloriam Christi pertinebat quam ad fidem ipsorum: si enim crederent in Christum, non mirarentur. Illud enim movet admirationem quod superat facientis, aut dicentis personam, & ideo quod à Deo factum, aut dictum est: non admiramur, quia omnia minora sunt quam Dei potentia. Turba autem erant quæ mirabantur, idest populus vulgari, non principes populi, qui non discendi studio audire solebant; populus autem simplex simpliciter audiebat: sed eorum silentium, si illi interfuisent, suis (1) contradictionibus conturbassent: ubi enim est major scientia, illic fortior malitia: qui enim festinat esse prior, non est contentus esse secundus. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 19.) Ex eo autem quod hic dicitur potest videri discipulorum turbam (2) deseruisse, ex quibus illos duodecim elegerat in monte ex pluribus, quos Apostolos nominavit, quod Matthæus hic prætermittit. Solis enim discipulis in monte videretur Jesus hunc habuisse sermonem, quem Matthæus interposuit, & Lucas tacet. Et deinde, cum descendisset in loco campestri, habuisse alterum similem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet. Quamquam etiam illud pos-

fit

(1) *Al.* conditionibus. (2) *Al. P. Nicolai* ponit, forte melius, dixisse. Ex EDIT. P. NICOL. (2) Nec in Glossa quæ nunc est, nec in Anselmo id habetur, pro quo Glossa citari sæpe solet, neque in Rabano quoque, vel Beda, vel alio simili.

fit occurrere quod, sicut supra dictum est, Apollolis, ceterisque turbis præsentibus unum habuisse sermonem, quem Matthæus, & Lucaque narratur diverso narrandi modo, sed eadem veritate sententiarum; & sic planam est quod hic dicitur de admiratione turbæ. *Chrysostomus* in hom. (26. par. a princ.) Causam autem admirationis subdit: dicens: *Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scriba eorum, & pharisei.* Si autem hanc potestatem videntes per opera, scribæ eum à se abiebant, ubi sola verba erant potestatem manifestantia, qualiter scandalizati (1) non fuissent. Sed turbæ hoc non passæ sunt: cum enim anima benevola fuerit, facile persuadetur à sermonibus veritatis. Erat autem potestas docentis, ut multos eorum caperet, & in admirationem mitteret; ita quod propter delectationem eorum quæ dicta erant, neque tacentem dimittent: unde & secuta sunt eum descendentes de monte. Staebant autem ejus maxime potestatem, quia non ad (2) alium referens, ut Propheta, & Moyses dixerunt, quæ dixit, sed ubique ostendit fe eum esse qui habet dominium: etenim legem ferens, continue apponebat (supra 5.) *Ego autem dico vobis.* *Hieronymus* (in fin. Com. in 7. cap. Matth.) Quia quasi Deus & Dominus ipsius Moysi pro libertate voluntatis suæ, vel ea quæ minus videbantur addebat in lege, vel commutans prædicabat in populo, ut supra legimus (ibid.) *Dicitur est antiquis; ego autem dico vobis.* Scribæ autem ea tantum docebant quæ scripta sunt in Moysè, & Prophetis. *Gregorius* 23. Moral. (super illud Job 33. „ Ecce aperui os meum; „ in novis exemp. est cap. 7. in fin.) Vel singulariter Christus ex bona potestate locutus est, quia ex infirmitate mala nulla commisit: nos autem quia infirmi sumus, ex propria infirmitate pensamus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. *Hilarius* (can. 6.) Vel in verborum virtutibus effectum potestatis metiebantur. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 40.) Hoc est enim quod in Psalmo 11. significatur: „ Fiduicialiter agam in eo. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, terrea probatum, (3) purgatum septuplum: „ propter quem numerum admonitus sum omnia ista præcepta ad septem illas referre sententias quas in principio sermonis hujus posuit, scilicet de beatitudinibus. (Lib. 2. cap. 20.) Quod enim aliquis fratri irascatur sine causa, S. Tho. Oper. Tom. VIII.

vel Racha dicat, vel fatuum eum appeller, superbiissime admittitur: contra quod est unum remedium, ut supplicii animo veniam deprecetur, qui non sactantie spiritu inscetur. *Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* (Lib. 2. cap. 22.) Consentit autem adversario, idest verbo Dei reverentiam exhibendo, quisquis ad testamentum patris (4) aperiendum non litibus acerbis, sed pietate mitis accesserit: *Beati ergo mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram.* (Lib. 1. cap. 23.) Quisquis etiam carnalem delectationem contra rectam voluntatem suam rebellare sentit, exclamet (Rom. 7.) „ Infelix ego homo, quis me liberabit (5) de corpore mortis hujus? „ Et ita lugendo imploret consolatoris auxilium: unde *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* (Lib. 1. cap. 32.) Quid autem laboriosius cogitari potest quam (6) ut in vitiosa consuetudine superanda præcidea intra se membra impediencia regnum celorum, nec dolore frangatur: toleret in conjugali fide omnia quæ, quamvis sint molestissima, crimen tamen fornicationis non habent; verum loquatur, quod non jurationibus crebris, sed morum probitate commendat? Sed quis tantos labores inire audeat, nisi (7) flagret amore justitiæ, quasi fame, ac sibi vehementi accensus? *Beati ergo qui surrunt, & sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur.* (Lib. 1. cap. 46.) Quis autem potest paratus esse ab infirmis injurias sustinere, petenti à se tribuere, diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro persequentibus, nisi perfecte misericors? *Beati ergo misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* (Lib. 2. cap. 35.) Mundum autem cordis oculum habet qui finem bonorum operum suorum non in eo constituit ut hominibus placeat, neque ut comparet ea quæ huic vitæ sunt necessaria, neque temere animum hominis condemnat, & quicquid exhibet homini, hac intentione exhibet qua sibi vult exhiberi. *Beati (8) ergo mundo corde, quoniam Deum videbunt.* (Lib. 1. cap. 40.) Oportet etiam ut per mundum cor inveniat arcta via sapientiæ, cui pervertorum hominum deceptiones obstrepunt; quas evadere est venire ad pacem sapientiæ. *Beati ergo pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* (In fin. Lib. 2.) Sed sive iste ordo considerandus sit, sive alius, faciendæ sunt quæ audivimus à Domino, si volumus edificare supra petram.

M 2

CA

(1) *Al.* hic. (2) *Al.* aliud. (3) *Al.* omittitur purgatum. (4) *Al.* operiendum. (5) *Al.* de morte corporis hujus. (6) *Al.* quam ut otiosa consuetudine: item quam ut vitiosa. (7) *Al.* flagraret. (8) *Al.* deest ergo.